



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

3 Quid Magnanimitas

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

*Hac facit ut videat cum terras undiq; nullas  
 Naufragus, in medijs brachia jactet aquis.  
 Hac facit ut vivat fossor, quoq; compede vinctus,  
 Liberaq; á ferro crura futura putet.  
 Sape aliquem solers medicorum cura reliquit,  
 Nec spes huic vena deficiente cadit.  
 Cernere dicuntur clausi sperare salutem,  
 Atque aliquis pendens in cruce vota facit.  
 Hac Dea quam multos laqueo sua colla ligant  
 Non est proposita passa perire nece.  
 Me quoq; conantem gladio finire dolorem  
 Arguit, injecta continuitq; manu.*

Et Tibullus:

*Jam mala finissem letho, sed credula vitam  
 Spes fovet, & melius cras fore, semper ait.  
 Spes alit agricolas; spes sulcis credit aratrus  
 Semina, qua magno fœnore reddit ager.  
 Hac laqueo volucres, atq; hac arundine pisces,  
 Cùm tenues hamos abdidit ante cibum.  
 Spes etiam valida solatur compede vinctum,  
 Crura sonant ferro, sed canit inter opus.*

## CAP. III.

*De Magnanimitate.*

Magnanimitas, est fortitudo excellens  
 atque invicti animi, ad res magnas ge-  
 rendas.

*Gen. ca. 14.* Sic Abrahamus magnanimus fuit, dum cum  
*2. Sam. cap.* trecentis viris regem Sodomæ & Gomorræ,  
 30. & Ze-



LIB. II. DE PATIENTIA. 143

& Zeboim, item Bela & Zoar percussit. Item David cum Amalekitas à crepusculo ad vesperam usque posterioris diei percussit.

Sic sub ficta persona Turni Virgilius me- *Libro 12.*  
morabile exemplum magnanimitatis osten- *Aene.*  
dit, dum inquit;

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos  
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,  
Signari oculis: ultrò implacabilis ardet,  
Atollitq; animos; Pœnorum qualis in arvis  
Socius ille gravi venantum vulnere pectus  
Tum demum movet arma leo: gaudetq; comāteis  
Excitans cervice toros fixumq; latronis  
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento:  
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

CAP. IIII.

De Patientia.

Patientia, est Fortitudo labores do-  
loresque sustinens.

Sic Tobias, & Jobus patientes fuerunt: *D. Augu-*  
Christus autem omnium patientissimus, & *stinus De*  
quasi typus patientiæ exitit, cū patiebatur, *Patientia*  
tenebatur, alligabatur, colaphis percutiebatur, *Christi. vi-*  
arundine plagas accipiebat, irridebatur, insul- *de Nic.*  
tabatur ei, damnabatur, ligno suspendebatur, *Hanapum*  
undiq; circumfremabatur, nec tantum quovis *Patriar-*  
modo cadebatur, sed etiam horrēdum in mo- *chum Hie-*  
dum tandem occidebatur. Hinc idē Christus *rosolymi-*  
aliquoties suo exemplo discipulos suos horta- *tantum.*  
batur ut pius Aeneas, inquiens;